Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



34

ipsi recipiantur in aeternatabernacula;
hic enim adtempus elemosinae faciendae. ibi per
petuo elemosinarum est fructus recipiendus;
Sunt tamen alia quae tempore veteris testamenti dili
genter iubentur non seruata. Nunc coruscante per
orbem euangelio non iuxta litteram sed iuxta sensum
mysticum in ecclesia iubentur obseruari, ut est custodia
sabbati: ut fiat hostiarum: et sanguis agni paschalis:
obseruatio huiusmodi quae suo quidem tempore
sollemnis custodita a populo dei: quibus lucernae in
lucernis candelabri ardebant infusa oleo piae de
uotionis: et incensa igne uerbi caelestis; cum uero
ab aptis atque apostolicis uiris praedicabatur his et
huiusmodi obseruationibus finem adnuo in postrum:
cunctaque ea spiritalis magis in ecclesia quam iuxta
litteram esse seruanda; quibus emungebantur
lucernae candelabri: ut reparata melius luceret;
quia sublimius intellecta per spiritum sanctae ecclesiae
lucem doctrinae salutaris praebebant. De quare
paratione lucernarum tabernaculi: hoc est scrip
turarum diuinarum intellegentia sublimiore promit
tit in Leuitico dominus suo populo dicens. multipli
cabimini et firmabo pactum meum uobiscum; come
detis uetustissima ueterum. et ueteranouis super